



**De Ortv Et Progressv Ac Viris Illvstribvs Ordinis  
Gloriosissimæ Dei Genitricis, semper Virginis Mariæ de  
monte Carmelo**

**Trithemius, Johannes**

**Coloniae Agrippinae, 1643**

Cap. IV. Monachalis vitæ institutum olim non indiguisse speciali  
approbatione Summi Pontificis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64495)

*in his locis habitabant viri Religiosi, Filii Prophetarum, ELIAE discipuli, quos ipse visitans &c.*

## CAPVT IV.

*Monachalis vita & Institutum olim non indiguisse  
speciali approbatione summi  
Pontificis.*

**Hier. Rō.** **Q**uarto, obiicit cap. 8. Hieronymus Romanus in monte Carmelo non fuisse Religiosi aliquos Ordinis Carmelitarum, sed solitarios quosdam, qui nulla ratione Monachi erant cum non viuerent sub disciplina alicuius Religiosi approbatæ: hoc sanè puerile cauillum est, cum constet, institutum Monasticum ante Concilium Lateranense non indiguisse speciali summi Pontificis approbatione, sed sufficisse illam, qua ipsi Pontifices, atque Sacra Concilia monachismum approbarant. Hinc nemo facile ostenderit, ante Innocentium III. institutum sancti Antonij, Basilij Hieronymi, Benedicti, atque aliorum antiquorum ab ullo Pontifice speciale obtinuisse approbationem; At verò cum quidam, amantes quæ sua sunt, & non quæ Iesu Christi, hac indulgentia abuterentur, prouidentibus dicto Innocentio capit. finali de religiosis domibus, & Gregorio X. cap. unico de religiosis domibus, in 6. coepit esse necessarium, quod antea erit liberum,

**Innocent.** **cap. fin.** **Gregor. X.** **c. unico.** **de relig.**  
**domibus.**

## CAPVT V.

*Religionem Carmeliticam non traxisse originem ex Regulis longe posterioribus, Basilij, Augustini, Ahi Benedicti, sed ab ipso ELIA ac perseverare in hodiernum diem, luculentis auctoritatibus probatur.*

**Hier. Rō.** **Q**uinto, deinde idem Hieronymus Romanus lib. 6. quem vocat de Republ. cap. 10. ait Religioam Carmelitarum non habuisse pri-